DECRETA CONGREGATIONIS GENERALIS DUODECIMAE

Gesuiti

DECRETA CONGREGATIONIS GENERALIS DVODECIMÆ.

Ad usum R. P. Confessarii Clericorum

Occasio Congreg. Generalis.

CVm, vix absoluta Congregatione Procuratorum, diem extremum obijsset R.P.N. Ioan. Paulus Oliua, die 26. Nou: 1681, renunciatus est Vicarius Generalis, quem ipse iam tum ab anno 1664. scripto à se relicto nominauerat, R.P. Carolus de Noyelle Assistens Germaniæ. Hic de PP. Assistentium consilio Congregationem indixit in diem 21. Iunij 1682. Qua die B. Aloysio Gonzagæ Sacra, adfuere ex Prouincijs Prouin-

ciales, seu V-Prouinciales, ac Deputati planè omnes; fuitque consequenti die Congregatio inchoata.

Dec. I. M.S. Act. 1. & 2.

Congregationis Nouennalis abrogatio, an petenda?

QVia verò ex Dec: fel: Rec: Clementis IX. ante electionem Præpositi Generalis, præuia matura rei discussione, & consultatione agendum id primum erat, & per secreta suffragia disquirendum, An bono Societatis expediret, terminum Nouennalem ad celebrandas Congreg. Generales ab Innocentio X. statutum abrogari, vel obseruari? Idcirco post electum Secretarium P. Paulum Casatum Prouinciæ Venetæ Electorem, ad pleniorem deliberationem decreuit Congregatio vt, quæ in vtramque partem collectæ fuerant rationes, palàm legerentur. Quibus perlectis, moniti omnes, si quid addendum videretur, liberum cuique fore seu

vo-

voce, seu scripto id proferre, aut tacito etiam nomine alicui è tribus Patribus, Martino scilicet de Esparza, Daniele Bartolo, & Secretario, ad hoc deputatis tradere. Vtque maturiùs fieret, censuit insuper Congregatio sumendum sibi aliquot dierum spatium, quo à qualibet alia re vacaret.

Ad hanc autem deliberationem, cum in ea nec de Electione nec de rebus ad electionem pertinentibus tractandum esset, vocatus est, & admissus V. Procurator Generalis P. Paulus Ottolinus: Vocandus verò non fuit Secretarius Societatis P. Dominicus Maria de Marinis, quia iam ipse inter Electores, Prouinciæ Romanæ elector aderat. **Admissus V. Procurator generalis.**

Det. II. M.S. Act.4.

POstquam quatriduum tenuit discussio, lecta sunt à Secreta- **Abrogatio petita.**

rio quæ ſupra memoratis Patribus à varijs tradita fuerunt, expenſæque, diligenter hinc & inde rationes adductæ: Ac tum, præmiſſa ad diuinam opem lucemque cœleſtem implorandam per aliquod tempus oratione, itum eſt in ſecreta ſuffragia, quibus lectis & numeratis, planè conſtitit ex octoginta quinque ſuffragijs duo & octoginta pro petenda Congregationis Nouennalis abrogatione ſtetiſſe, triaque duntaxat in alteram partem abijſſe. Cùmque iuxta Clementis IX. præſcriptum ad Sedem Apoſtolicam, quamprimum ac diſtinctè referendus eſſet ſuffragiorum numerus, confecto ſuper ea re ſupplici libello, eum R.P. Vicarius Generalis quarto poſt die ad Summi Pontificis Pedes cum Secretario benignè admiſſus, ſuæ Sanctitati obtulit, ac totius Societatis nomine Congregationis Nouennalis abrogationem, qua par

fuit,

fuit, humilitate postulauit, nostræque postulationi, mira erga nos animi propensione, Sua Sanctitas annuere visa est.

Dec. III. M. S. Act. 7.

Electio Præpositi Generalis.

DIe quinta Iulij, quæ eo anno in Dominicam septimam post Pentecosten incurrit, quatriduo item interiecto, seruatisque ritè omnibus, quæ à Constitutionibus & formula præscribuntur, in Præpositum Generalem electus est primo Scrutinio, ac Summo, qui vnquam fuit aut esse possit, suffragiorum concursu, nullo videlicet excepto præterquam suo, R. P. Carolus de Noyelle Vicarius Generalis. Formatum mox iuxta formulam super ea re Decretum, subscriptumque à Secretario, ac promulgatum.

Dec.IV.M.S. Act.5.7.8.

Deputati ad detrimenta Inclusor, & Orator.

ANte Electionem Præpositi Generalis Deputati more solito ad detrimenta Societatis recognoscenda iam fuerant; ex Italia, P. Octauius Rubeus Prouincialis Romanus; ex Gallia, P. Stephanus Deschamps, Rector Parisiensis; ex Germania, P. Ladislaus Vid, Prouincialis Austriæ; ex Hispania, P. Martinus de Esparza, Elector Prouinciæ Castellanæ; ex Lusitania P. Iosephus de Seyxas Prouincialis Lusitaniæ. Ad includendos vero Electores, quo die fit electio, P. Iosephus Fotius; vt iam ante fuerat ad concionem habendam P. Nicolaus Anancinus, Elector Austriæ.

Secretarius, & tũ ad detrimenta cũ ad postulata Deputati.

Post electionem autem, electo iterum in Secretarium Congregationis illo eodem, qui electionis fuerat, Deputati tum ad postulata se-

ſeligenda, tum ad detrimenta ſimul examinanda (reiecta in aliud tempus quæſtione, ijdemne an diuerſi eſſe debeant?) fuere P. Octauius Rubeus; P. Paulus Fontanus V. prouincialis Aquitaniæ; P. Ladislaus Vid; P. Ioannes Marinus, qui ante erat Aſſiſtens Hiſpaniæ; & P. Ioſephus de Seyxas; Ac tum hi, tum illi ſinguli ſingulis ſcrutinijs, pluribuſque ſuffragijs.

Dec. V. M.S. Act. 9.

INdicto pariter ad Aſſiſtentium electionem quatriduo hæc fuit præmittenda quæſtio aliàs quidem excitata, ſed nondum planè definita; An ſcilicet in iure noſtro accipiendæ ſint voces illæ, vt ſynonimæ, *Natio*, & *Aſſiſtentia?* Fuitque Patrum pluſquam ad duas tertias partes iudicio definitum, vt quis ad aliquam Aſſiſtentiam dicatur, vel non dicatur pertinere, non

Quid Aſſiſtentiæ nomine intelligendum?

ad illius natale ſolum, aut originem attendendum eſſe, ſed ad Prouinciam ex qua eſt: Adeo vt ad hanc Aſſiſtentiam quiſque pertineat, & in eius proinde Aſſiſtentem eligi poſſit, ad quam ipſa, ex qua tunc ille eſt, Prouincia pertinet.

Cenſendus autem quiſque eſt ex ea Prouincia eſſe, in qua in Societatem admiſſus fuit: niſi fortè, tum aut poſt, abſolutè, & non ſolùm ad certum aliquod tempus, à Præpoſito Generali addictus alteri Prouinciæ fuerit; ex hac enim tunc erit, etiamſi non in ea, ſed in alia, admiſſus fuerit.

Dec. VI. M. S. Act. 10.

Aſſiſtentiũ electio, & Admonitoris.

OCtaua poſt Electionem Generalis die Iulij duodecima, indictique ad Aſſiſtentium Electionem quatridui vltima, in Aſſiſtentes ad plura medietate ſuffragia electi ſunt, Italiæ P. Dominicus Ma-

Maria de Marinis, Secretarius Societatis, tertio Scrutinio; Germaniæ P. Nicolaus Auancinus, Præpositus Domus professæ Viennensis, primo Scrutinio; Galliæ, P. Paulus Fontanus, V. prouincialis Aquitaniæ Rectorque Pictauiensis, primo Scrutinio; Hispaniæ, P. Paschasius de Casanueua, Prouincialis Castellæ, secundo Scrutinio; Lusitaniæ idem qui proximè officio illo defunctus erat, P. Franciscus de Almada, primo Scrutinio; qui omnes de more iuramentum præstiterunt. Ac tum etiam creatus Admonitor fuit, ad plura item medietate suffràgia, secundo Scrutinio, P. Ioan: Marinus qui Hispaniæ Assistens proximè ante fuerat.

Dec. VII. M.S. Act. 11. 12. 13.

Prouidentia Assistentium erga Generalem.

HIs ita peractis, scriptum à se postulatum R. P. Generalis Congregationi obtulit, quo expo- sce-

ſcebat vt, cùm Societas ſuam erga Præpoſitum Generalem prouidentiam exercere per PP. Aſſiſtentes debeat, vellet Congregatio ſtatuere rationem, quam tenere in poſterum illi debent in executione huius primariæ, præcipuæque partis ſui muneris; multaque ipſe in eum finem media proponebat, quæ in Actis Congregationis continentur.

Non potuit quidem Congregatio non laudare tam ardentem eius zelum, ſibique in primis gratulari, quod eum haberet Generalem, qui ita ipſe executionis tum in ſe, tum ſuo exemplo in cæteris, vrgendæ promouendæque inſiſteret. Eius autem poſtulato prout iacet annuere, tamque arctis Præpoſitum ſuum Generalem, ac ipſos etiam Aſſiſtentes, vinculis conſtringere minus æquum atque conſentaneum viſum fuit grauiſſimis in medium allatis rationibus.

Vt

Vt tamen aliqua ex parte postulato satisfaceret, statutum voluit, vt deinceps PP. Assistentes tertio quoque mense, conuocante reliquos eorumdem professione antiquissimo, conueniant, ac inter se discutiant, num aliquid sit, de quo monendus videatur Generalis, aut quod illi repræsentari debeat, tum quoad ea, quæ propriam ipsius Personam attingunt, tum quoad Administrationem, & gubernationem Societatis; illumque, si quid sit, de eo quam primum, siue oretenus, siue scripto pro sua prudentia moneant, aut illi repræsentent. Ad quod tamen nec ipsi tenebuntur, quin illorum pars maior consenserit, si impar illorum fuerit numerus; aut media, si par fuerit.

Dec. VIII. M.S. Act. 9.

Missæ ad intentionē Generalis, earumque applicatio

POstulatum ab ipso item fuit, vt Congregatio definiret, sitne So-

Societatis menti consentaneum, missas, quæ singuli singulis hebdomadis iubentur ad intentionem Generalis celebrare, posse ita ab eo applicari, vt per illas satisfiat obligationi, quam alij quicumque susceperint, aut suscepturi sint, recipiendo eleemosynas pro Missis celebrandis? Vnanimi consensu responsum est, id non censendum deinceps Societati nostræ consentaneum, nec debere vlla ratione Præpositum Generalem sacra, quæ à nobis celebrantur, ita applicare, vt quicumque tandem illi sint, quidquam inde sibi aut alijs lucrentur; seque aut alios ab onere, quod accepto stipendio aut eleemosyna, nunc aut aliàs, vel ipsi, vel alijs contraxerint, liberos præstent.

Dec. IX. M. S. Act. 13.

Dies promotionum ad gradũ.

SVperiorum Congregationum exemplo varijs, pro rerum tractan-

ctandarum diuersitate deputationibus institutis, propositum hoc primum fuit; An, cùm constituti promotionibus ad gradum iam fuerint, & in morem inducti dies, Purificatæ & Assumptæ in Cælum Deiparæ sacri, placeret Congregationi hos eosdem dies retineri? Placuit omnino; sic tamen, vt neque præfixum illud tempus ad professionis valorem conditio necessaria sit; nec etiam ita praxi illi insistendum Congregatio velit, vt si fortè promouendus aliquis citra culpam, grauemque ob causam non potuerit statutis illis diebus, promoueri, non possit cum facultate Prouincialis, si ita causa cognita iudicauerit, primo quoque opportuno tempore, nec expectato insequenti termino, promoueri.

Dec. X. M. S. Act. 28. 29. 30.

Potest Vicarius Generalis promouere ad gradum.

PRopositum item fuit, An non expediat, Vicario Generali facul-

cultatem dari promouendi ad Professionem, & ad gradum eos, qui, quo tempore Vicarius est, habent omnia ad id requisita, etiamsi de illis à defuncto Generali statutum nihil, aut significatum fuerit? Censuit Congregatio, hanc illi facultatem esse tribuendam, & re ipsa tribuit, eoque omni modo, quo illam habet Præpositus Generalis dum viuit, non obstante Decreto 3. Congregationis quartæ. Nec, cùm vnus è Patribus intercessisset, eius intercessioni deferendum prorsus voluit.

Dec. XI. M. S. Act. 19.

Ad Professionem non expectandi absentes.

NOmine verò Prouinciæ Lusitaniæ propositum est, An non æquum videatur, vt Nostri, qui in Lusitania sunt, habentque omnia ad Professionem, seu gradum requisita, alios se antiquiores, aut æquè antiquos, pariterque ad professionem,

nem, ſeu gradum expeditos, expe-ctent, donec ex Inſulis, alijſue re-motioribus locis, vbi verſantur, re-dierint; vel ſaltem vt illi alij, licèt tardiùs promoti, in locum ſuæ an-tiquitatis tum deinde reſtituantur? Sed ferè omnium ſententia fuit iuxta id, quod habet Dec. 31. Con-gregat. 11. illos nullatenus expe-ctandos, ſeruandumque præterea promotionis tempus, & ordinem.

Dec. XII. M.S. Act. 18.

AD coërcendam prauam illo-rum Voluntatem, qui nullam iuſtam ob cauſam, ſed ſola impor-tunitate, ſuam è Societate dimiſ-ſionem vel vrgent, vel extorquent, cenſuit Congregatio retinendum, obſeruandumque Decretum 22. Congreg. VII, nec aliud præterea ſtatuendum in præſenti.

De ijs qui dimiſſionē extorquēt importuni tate.

Dec.

Dec. XIII. M.S. Act. 42.

De Admissis ante legitimam ætatem.

VT omnis dubitatio tollatur, quæ ex Decretis 22. & 35. Congreg. VIII. subnasci potest circa eum, qui absque dispensatione Præpositi Generalis fuisset, siue bona fide, siue defectum ætatis dissimulans, ante decimum quintum annum expletum ad probationem admissus, aut ante decimum septimum expletum annum vota emisisset; Congregatio (declarando decretum Congregationis VIII.) definitum voluit, Biennium Nouitiatus fuisse tunc solùm quidem validè inchoatum, quando ille annum ætatis suæ decimum quintum expleuit; primam verò renouationem Votorum, post annum decimum septimum expletum factam, habere vim primæ nuncupationis, ac supplere quoscumque prædictos eiusmodi defectus.

Dec.

Dec.XIV.M.S. Act.51.

CVm ex ordinationibus Generalium cap. 18. seu 1. de promouendis ad gradum, §.5. præscriptum habeatur, debere eos, qui ad gradum Coadiutorum spiritualium promouendi sunt, si cætera ad id requisita habuerint, statim post septennium à suo in Societatem ingressu promoueri. Rogata Congregatio an inposterum retinenda nihilominus videretur praxis, iam tum à R.P. Mutio introducta, obseruataque, neminem ad huiusmodi gradum promouendi ante trigesimum annum ætatis expletum, & ingressus in Societatem decimum? Retinendam esse declarauit; Patrique Nostro, quamuis citra nouam obligationem, aut ad valorem votorum necessitatem, maximè commendauit.

Ætas ad gradum Coadiutoris spiritualis requisita.

Dec. XV. M.S. Act. 29.

Secretum in reddenda ratione conscientiæ.

CVm propositum esset, quo Secreti Vinculo tenerentur Superiores ad ea, quæ Subditi in reddenda ratione conscientiæ ipsis aperuerint, censuit, & declarauit Congregatio secretum adeo religiosè seruandum esse, vt non liceat Superiori, cui reddita ratio conscientiæ fuerit, quidquam eorum, quæ illi de se ipso quis manifestat, vlli omnino, nec Generali, nec Prouinciali vnquam reuelare, vel etiam innuere; nisi fortè illo eodem, qui conscientiam suam manifestauit, expressè consentiente.

Dec. XVI. M.S. Act. 40.

De Confessarijs pro Votorum renouatione.

CIrca id, quod quæsitum est de Confessarijs, qui aliquo ante Votorum renouationem tempore debent in Collegijs, seu Domibus no-

nostris assignari, placuit Congregationi declarare simul, ac decernere, eos ex quo à Superiore Domus designati sunt, posse ab eo tempore vsque ad diem Renouationis inclusiuè confessiones nostrorum, qui ibi sunt tum generales, tum particulares, ac tam eorum, qui Vota non renouant, quam qui renouant, audire, quoties eis placuerit per totum illud tempus ad illos accedere.

Dec. XVII. M.S. Act. 20. & 47.

De casibus reseruatis absente Superiore.

AD tollenda duo circa facultatem absoluendi Nostros à casibus reseruatis proposita dubia, sic definiendum censuit.

I. Si Superior abiens ex Vrbe ViceRectorem, aut VicePræpositum cōstituerit, eum qui ViceRector est, aut V. Præpositus, habere tum per se facultatem absoluendi à reseruatis, tum eam cuiuis alteri subdito

Sacerdoti delegandi: Si autem, nec constituto V. Rectore, aut V. Præposito, nec vlla facta mentione reseruationis abierit, eoque loco sit, vt consuli nequeat, etiamsi per vnam tantùm diem integram futurus sit absens, eum, qui Minister est, seu Domui tunc præest, facultatem habere tum absoluendi, tum delegandi potestatem absoluendi à reseruatis.

Quæ facultas ab ijs absoluendi in Residentijs.

II. In Residentijs pariter, Missionibusue fixis; in quibus è nostris pauci morantur, ius idem illarum Superioribus concedi, quod alij seu Rectores, seu Superiores habent quoad facultatem absoluendi per se, seu delegandi: Nec tamen propterea, qui ibi degunt, priuari concessione sibi facta Dec. 25. Congregat. VIII. §. 1. si ea vti voluerint.

Dec.

*Dec.XVIII.M.S. Act.*15.

AD præcauenda mala, quæ oriri ex Delatoribus tum falsis, aut temerè credulis, tum ijs, qui absque iusta causa aliorum defectus, siue veros siue præsumptos, ad Superiores mediatos, priusquam ad immediatos deferrent, nullo quidem nouo Decreto opus esse Congregatio iudicauit; enixè tamen Patri Nostro commendatum voluit, vt Decretum XII. Congreg. VII, quo satis prouisum est, curet, vrgeatque acriter, tum à Prouincialibus tum ab alijs Superioribus executioni mandari. **Falsi delatores puniendi.**

*Dec.XIX.M.S. Act.*37.

CEnsuit pariter Congregatio, ipso etiam P. Nostro postulante, si contigerit vnquam quemquam è Nostris, alios etiam quos- **Puniendi, qui alios lingua vel calamo offendunt.**

cumque externos, maximè verò Religiosos, aut Viros primarios, vel lingua, vel calamo, aut quacumque alia ratione offendere, aut iustam illis offensionis causam dare.

I. Vt in illum Superiores diligenter inquirant, quaque par est seueritate animaduertant, nihilque huiusmodi impunitum relinquant.

II. Vt curent ijs, qui se læsos existimare meritò potuerint, debitam satisfactionem quamprimum exhiberi; ac si quando libri illi, in quibus aliquid sit, vnde quis offendi potuerit, recudantur, illud penitus expungi.

III. Ne ipsi etiam Superiores, ad quos spectat, se hac in parte molliores præbeant, probauit Congregatio iudicium Patrum Deputatorum, vt Consultores tum Locales, tum Prouinciales teneantur monere Superiores mediatos, si quid ab aliquo peccatum sit; & an

an pœnitentiæ necne, & quales, iniunctæ illi fuerint?

Dec.XX. M.S. Act.16.

FAcultatem à R.P.N. Ioan.Paulo Oliua quibusdam extra Europam Prouincijs, iustas ob causas, concessam, Romam vnà cum Procuratore mittendi etiam Substitutum, Congregatio non modò confirmat, sed etiam ad quascumque extra Europam Prouincias extendit. Imò (admisso iam ante ex gratia ad Congregationem, post electionem, & ad negotia P. Barnabæ Gutieres Prouinciæ Mexicanæ Substituto) visum insuper æquitati consentaneum fuit, & statutum, vt in Congregatione Generali eodem inposterum, quo Procurator ipse, iure tum ad negotia, tum ad electionem Generalis gaudeat etiam Substitutus; modò conditionibus alijs, in ipso Procuratore requisi-

De Substitutis Prouinciarum extra Europam, ac illorũ iure ad Congr. Generalē.

tis, non careat; His enim ſi careat, erit ad negotia tantùm admittendus: Ad Congregationem autem Procuratorum, vbi Procurator adfuerit, Ius planè nullum Subſtitutus habet.

Dec. XXI. M.S. Act. 18.

Rectores, & Profeſſi extra Europam, An Ius habeant ad Congr. Prouincialem in Europa?

CVm verò aliqua ſint extra Europam Collegia ad aliquam Europæ Prouinciam ſpectantia, dubitatum eſt an Collegiorum illorum Rectores, aut Profeſſi ibi degentes, ad Congregationem Prouincialem veniendi ius habeant? Re diu ſatis agitata; ſtatutum tandem fuit, huiuſmodi ſeu Rectores, ſeu Profeſſos ius nullum habere vel vt vocentur, vel vt veniant, adeoque nec Rectoribus ipſis ius vllum competere mittendi quemque ex ſuis ſubditis.

Procuratori Quebecenſi conceditur in Prouincia Franciæ.

Inſtante tamen Prouinciali Franciæ, vt nomine Rectoris Quebe-

becenſis, cui ſubſunt Reſidentiæ omnes Regionis Canadenſis, eius Procurator in Gallia degens poſſit ſupra numerum Congregationi ſuæ Prouinciæ intereſſe, longè maiori parti Congregationis, auditis eius rationibus, placuit hoc illi (quod alijs tamen, vel extra Europam, vel in ipſa Europa remotioribus Collegijs propterea non datur) ſpeciatim, ac ſpecialem ob cauſam, nec ad negotia ſolùm, ſed ad ipſas etiam electiones concedi.

Dec. XXII. M. S. Act. 22. 27. 52.

AD excitandum magis ſemper ac magis in Noſtris Doctrinæ ſtudium, quod in Societate adeo hactenus viguit, vitandumque ne in ea tandem vltra modum, mentemque S. P. Noſtri Ignatij Profeſſorum quatuor votorum numerus excreſcat, Congregationi, auditis ſuper ea re Patribus deputatis pro ſtu-

ſtudijs, viſum eſt decernere, quæ ſequuntur.

Quæ Doctrina ad Profeſſionem 4. Votorum requiſita.

I. Per ſufficientem ad quatuor Votorum profeſſionem Doctrinam non eam intelligendam eſſe, quæ talis ſolùm relatiuè ſit, ſeu comparatiuè ad alios, ante ad eum gradum promotos, ſed abſolutè, & qualem Decreta Congregationum requirunt; nec habita ſolùm ingenij, aut aptitudinis ratione, ſed doctrinæ præſentis, quam re ipſa habet in Theologia is, qui examinatur.

Iuramentum Examinatorũ ad Profeſſionem.

II. Neminem deinceps ad Examinatoris pro illo gradu, munus admittendum eſſe, quin priùs, poſtquam Decretum 33. Congreg. VII. §. 3. & 37. Congr. VIII. §. 2, ac præſentis huius Decreti §. 1. attentè legerit, iuramentum ſuper ea re coram Superiore genuflexus emiſerit in hæc Verba.

Formula Iuramenti

Ego N. Teſtem inuoco Deum, cuius oculis nuda ſunt omnia, me in

in examine præſtiturum eſſe fideliter, quæ præſcribuntur in Decretis, à me prælectis, iuxta propriùm eorum ſenſum. Proindeque me nec laturum eſſe ſuffragium comparatiuè ad alios quoſdam ante promotos; ſed abſolutè iuxta decreta eadem; nec habita ſolùm ingenij ratione, ſed doctrinæ ſimul præſentis, quam quis actu habet, ac vi cuius poſſit, adhibitis præparationibus ordinarijs, docere Philoſophiam, & Theologiam cum ſatisfactione, meque inſuper nemini reuelaturum eſſe meum ſuffragium, præterquam ijs, ad quos pertinet ex officio. Ac ita iuratus promitto.

Ferendi autem ab ijſdem examinatoribus iudicij formula hæc eſt. **Formula ferendi ab ijs iudicij.**

Ego N. examinaui de more, (vel audiui defendentem Theſes de Vniuerſa Theologia) N. & iuratus cenſeo illum habere (vel non habere) tantum doctrinæ, quantum VII, VIII.

VIII. & XII. Congregatio, formulaque iuramenti præscripta ab eadem Congregatione duodecima, ad docendam cum satisfactione Philosophiam, & Theologiam,& ad Professionem quatuor Votorum requirunt.

Meminisse tamen Examinatores debent, cùm quis tantam Doctrinam non habens, mediocritatem attingit, suo id etiam suffragio distinctè declarandum esse ex Dec. 37. Congr. VIII. §. 1.

An secundum, & tertium examen concedendum?

III. Tertium ad professionem quatuor Votorum examen, quando quis defectu doctrinæ ab ea per superius examen exclusus est, nunquam esse concedendum; secundum verò non nisi à R. P. Generali, idque raro, grauibusque de causis; aut vix vnquam, nisi is, cui hoc cõcederetur, retulerit in primo examine duo pro se suffragia; ac si fortè distinctos à prioribus Examinatores esse necesse fuerit, sint etiam

etiam illi omni exceptione maiores, & iurati & ab ipso Præposito Generali designati.

IV. Quod huius Decreti §. 1. dicitur, debere, licèt absque iuramento, extendi suo modo ad ea examina tum Theologorum, tum Philosophorum, quæ singulis annis fiunt, vt nempe Examinatores de eorum doctrina, & capacitate iudicium ferant, non comparatiuè solùm ad alios, qui fortè vlteriùs progressi sunt in studijs, sed absolutè pro eo, qui à Decretis in singulos annos progressu requiritur, & capacitate. **Iudicium de capacitate per examen.**

Dec. XXIII. M. S. Act. 21.

DVbitatum verò fuit, quænam in Iure Canonico doctrina requiratur, vt quis iuxta Const. par. 5. cap. 2. lit. B. possit ratione illius ad trium, quatuorue Votorum professionem admitti? Iudicium **Quæ in Iure Canonico doctrina ad professionem requisita.**

cium Congregationis, auditis Patribus deputatis pro ſtudijs, fuit, Ad trium Votorum Profeſſionem requiri, vt mediocritatem in ea ſuperet; ad quatuor verò, vt non quomodocumque, ſed cum eo, proportione ſeruata, exceſſu, qui in Theologia Scholaſtica requiritur: Ac debere de eo in illa facultate exceſſu conſtare, eo modo, quo de Theologia in facultate Theologiæ; per Examinatores ſcilicet pariter iuratos, illiuſque ſcientiæ cum primis peritos; niſi fortè iam ante ingreſſum in Societatem Doctor foret, ac de cuius eximia eruditione nulla dubitatio eſſe poſſet.

Dec. XXIV. M.S. Act. 41. & 42.

Iurandum de Talentis.

PRæterea, etſi Congregatio XI. Dec. 3. cenſuerit non eſſe iuramentum exigendum ab his, qui iudicaturi ſunt de excellentia Talenti, quod ſupplere poteſt defe-

ctum

ctum doctrinæ requisitæ ad professionem quatuor Votorum; postulatum tamen hìc fuit, ac de nouo examinatum, quid hoc in casu fieri expediat? Reque diù in vtramque partem disceptata, maiori tandem parti placuit, hoc ab illis etiam exigendum esse iuramentum; cùm nec æquum videatur, vt melior illorum hac in parte conditio sit, quàm aliorum, pro quibus exigitur; nec iuramentum huiusmodi ijs, qui iurare debent, videri difficile possit, & graue, quandoquidem eiusmodi Talentorum excellentia patere omnibus, ac esse conspicua debet.

Aduersùs hoc Decretum intercessum quidem postridie fuit; sed maior iterum pars, standum Decreto voluit.

Cum verò super ea re à Patre Nostro quæsitum fuisset, an Congregationis sensus esset, eos omnes, in quorum fauorem de huiusmodi excellentia talenti testimonium

exa-

examinatores tulerint, esse vel eo nomine ad quatuor Votorum professionem promouendos? Declaratum fuit hunc illius nullo modo sensum esse; sed hac in re standum omnino menti S.P.N. Ignatij Const. par.5. cap.2. lit.B. nec non Decreto 15. Congr. VI. Ex quibus habetur totum de his promouendis, vel non promouendis negotium P. N. Generali committendum esse; idque etiam ita intelligendum, vt eiusmodl promotiones neque communiter, neque facilè ab ipso concedantur.

Dec.XXV.M.S.Act.26.

Collegijs Conuictorum magistri peculiares non concedendi.

QVarumdam Prouinciarum nomine postulatum fuit, vt Decretum 18. Congr. II. quo prohibetur, ne Episcoporum Seminarijs, quorum curam Societas susceperit, præceptores dentur separati ab ijs, qui in Scholis nostris docent, ad

alia

alia etiam quæcumque Collegia Conuictorum, & Nobilium extendatur, Ne ſcilicet diſtinctas à noſtris ſcholas habeant.

Congregatio, expenſis attentè, ac ſeriò incommodis, quæ illis Prouincijs, ex illa neceſſitate multiplicandi tot præceptores, naſcuntur, ac oneribus, quibus inde ſupra ſuas vires, & reditus grauantur illarum Collegia, & Domus, R. P. Generali impensè commendauit, vt curam omnem, ac diligentiam adhibeat, tum in reuocandis ad ſcholas noſtras huiuſmodi Conuictoribus, quantum citra Virorum Principum offenſionem licuerit, tum in præcludendo aditu, ne quid inpoſterum eiuſmodi fiat.

Dec.XXVI. M.S. Act.27.

CVm ab Illuſtriſſimis, ac Reuerendiſſimis Eccleſiæ Gallicanæ Antiſtitibus prouido ſanè, Seminaria Clericorũ in Gallia,

pijssimoque consilio, Seminaria instituta iam fuerint, ac instituantur in dies, in quibus per exercitia Spiritualia, & rerum Ecclesiasticarum notitiam Clerici proximè erudiuntur ad Vitam Ecclesiasticam; & ex ijs aliqui, pro suo erga Societatem studio, ac beneuolentia singulari, è diuina gloria futurum existiment, si Clerici huiusmodi nobis instituendi tradantur: Postularunt Prouinciæ Galliæ, vt Nostris in Gallia liceret, hæc Episcoporum Seminaria admittere, ac eorum curam suscipere. Cùmque audissent Patres, quantæ vtilitati Catholicæ Religioni esse id possit, admittenda esse eiusmodi Seminaria censuerunt ijs conditionibus, quas à nostro Instituto non alienas iudicauerit R. P. N. Generalis, cuius prudenti arbitrio res tota permissa est.

Dec-

Dec. XXVII. M.S. Act. 13. 30. & 43.

CVm autem lectæ fuissent datæ ad Congregationem à Celsissimo Principe, Paderbonensi Monasteriensique Episcopo, Ferdinando Fustembergio literæ, quibus nobis honorificè in primis ac peramanter significat, se quindecim Missiones propria liberalitate, tum in Germania totoque Septentrione, tum in Oriente apud Sinas, & Iapones fundasse, easque omnes Societati nostræ iuxta eiusdem leges & Institutum commissas traditasque voluisse, Congregationi deliberandum quidem non fuit, gratias An deberet, sed quas agere posset; adeo visa Nobis fuit rei magnitudo nostrum omne meritum viresque excedere. Ne tamen nostræ vllæ partes gratique animi sensus, & significatio desiderarentur, decretæ à Congregatione, datæque ad illum in

Fundatio Missionũ ab Episcopo Principe Monasteriensi. Actioque gratiarum.

in gratiarum actionem literæ sunt, indicta insuper per Societatem vniuersam Sacra, & preces; ac denique, eius ad Nos Nostræque ad ipsum insertæ seruatæque in Actis Congregationis literæ, ad perpetuum videlicet tum singularis illius erga nos munificentiæ, tum nostræ erga ipsum gratissimæ voluntatis ac memoriæ, futurum apud nos æque ac posteros pignus, & monumentum.

Dec. XXVIII. M. S. Act. 40.

Laxitas opinionũ moralium punienda.

QVamuis contra nouitatem, laxitatemque opinionum, præsertim in rebus moralibus, abundè prouisum sit, & Præpositorum Generalium Ordinationibus, & superiorum Congregationum Decretis, & Constitutionibus ipsis, quibus iubemur sequi in quauis facultate securiorem, magisque approbatam Doctrinam. In re tamen tanti momenti, postulante pro suo zelo Pa-

tre

tre Nostro, omniumque conspirantibus Votis, nihil prætermittendum rata Congregatio præsens Decretorum, quibus nouæ illæ, laxioresque opiniones doceri, typisque mandari prohibentur, vim totam renouat, roborat, & confirmat. Commendat præterea in primis Patri Nostro, vt non tantùm transgressores loco, & cathedra moueat, alijsue grauibus, pro modo culpæ, pœnis subijciat; sed ipsos etiam Superiores, si quando in cohibenda liberiori illa opinandi licentia negligentiores fuerint, seuerè puniat.

Dec. XXIX. M.S. Act. 22.

Congregationi à Patre Nostro propositum fuit, An iudicaret in præsenti, manentibus in suo vigore Constitutionibus per dispensationem constituendum Procuratorem Generalem Professum alique in

Procurator Generalis Professus, An constituendus?

quem quatuor Votorum, cùm modò non habeatur, qualem Constitutiones requirunt, non Professus vel ad id aptus, vel non aliundè legitimè impeditus? Necessitati seruiendum ad tempus, ac donec alicuius idonei non Professi opportunitas fuerit, PP. omnes censuerunt; maximè verò cùm huiusmodi exemplis Societatis historia non careat.

Det. XXX. M.S. Act. 25. & 26.

Superiores nominati à defuncto Generali, An, & quãdo renunciãdi?

QVæsitum hìc fuit, An nominati à defuncto Generali Prouinciales, ac Superiores locales in locum eorum, qui suum, moriente Generali, triennium nondum expleuerunt, quosque constat ipsum non voluisse ante tempus exauctorare, debeant, vel possint à Vicario Generali renunciari, illisque statim post triennium suum substitui, necne; siquidem videntur

tur varia ſuper ea re quarumdam Congregationum Decreta pugnare inter ſe? Pluſquam duabus tertijs partibus viſum eſt, in illo caſu non poſſe, cùm nec Præpoſitus ipſe Generalis viuens poſſit poſt indictam Congregationem Generalem, Prouinciales vi præcedentis ſuæ nominationis mutare; ſecus verò ſi ante Generalis obitum fuerat elapſum triennium eorum, quibus ſucceſſores fuerant deſtinati.

Si tamen contigerit, ante obitum Generalis, miſſas iam fuiſſe patentes literas pro Succeſſore eius, qui ſuum triennium paulò poſt obitum Generalis ſolùm expleuerit; fuiſſeque iam Succeſſorem illi ſubſtitutum antequam quidquam de morte Generalis, ſeu de indicta Congregatione innotuerit, cenſuit Congregatio, legitimam tunc mutationem fuiſſe, illique ſtandum ob varia, quæ alioquin ſequerentur, incommoda.

Contra autem si, priusquam mutatio fieret, de morte Generalis, aut indictà Congregatione notitia habeatur, siue à Prouinciali, siue à Rectore, aut eius futuro Successore, & quacumque tandem via, siue ex literis Vicarij Generalis, siue aliunde, nullam in eo casu faciendam esse mutationem; ac, si fiat, nullam esse.

Dec. XXXI. M.S. Act. 48.

Superiores locales possunt à Generali mutari.

QVandoquidem ex Dec. *66.* Congreg. VII. constat, nec ipsum Præpositum Generalem posse, non tantùm post inchoatam, sed neque post decretam Congregationem, mutare Prouinciales; Quæsitum est, an pariter nec Rectores, aliosue Superiores locales, qui sui Regiminis tempus absoluerunt, mutare possit? Maiori parti placuit, posse illos ab eo, etiamsi decreta iam sit, aut indicta Congregatio Ge-

Generalis, neque ſolùm poſt, ſed etiam ante Congregationem Prouincialem, mutari.

Dec. XXXII. M.S. Act. 48. 49. 50.

DVbitatum inſuper fuit, An, quando in Congregatione Procuratorum iudicatur, ſtatuiturque cogenda Congregatio Generalis, eo ipſo die Decreta dici & cenſeri debeat? An eo tantùm, quo à Generali Præpoſito certum aliquod tempus illi celebrandæ indicitur? Priori parti plures quidem adhæſerunt; ſed cùm poſtera die contra interceſſum fuiſſet, obtinuit interceſſio, A die tantùm indictionis factæ à Generali non poſſe illum mutare Prouinciales, niſi in certis caſibus, in quibus poteſt & ipſe Vicarius ex ſeptima ſua Regula.

Mutatio Prouincialium poſt Decretum Congreg. Procurat. de cogenda Congr. Generali.

Dec.

Dec.XXXIII. M.S. Act.49. 50.

An, & quæ mutatio legitima post indictam Congreg.

SEd quia contingere potest, vt quæ à P. Generali, antequam ab illo indicta esset Congregatio, missæ fuerant literæ, quibus nouum Prouincialem designabat, non tamen ante, sed solùm post factam indictionem Congregationis Generalis peruenerint in Prouinciam; sensus Congregationis fuit, in eo etiam casu Prouinciali antiquo nouum illum esse substituendum; hancque mutationem esse legitimam, etiamsi, antequam fieret, sciretur indicta Congregatio Generalis.

Dec.XXXIV. M.S. Act.29.

Socius Prouincialis an ad Congreg. Prouincialem admittendus?

PRouinciæ cuiusdam postulatum fuit, vt Socius Prouincialis ratione officij sui ad Congregationem Prouincialem supra numerum;

rum; &, ſi non ad Electiones, ad negotia ſaltem admitteretur: ſed nihil innouandum Congregatio cenſuit.

Dec. XXXV. M. S. Act. 31. & 32.

DVbitatum eſt, An quando Rector abeſt à ſuo Collegio, in quo ViceRector ex ordinatione, vel cum approbatione Prouincialis, aut Generalis conſtitutus eſt, poſſit alium à ViceRectore diſtinctum nominare, qui ſuo loco Congregationi Prouinciali interſit? Pluſquam duæ tertiæ partes cenſuerunt, quando in poteſtate Rectoris non eſt (vt in iſto caſu) mutare ViceRectorem, non poſſe tunc ab illo alium ſuo nomine mitti; adeoque ſi Congregationi Prouinciali intereſſe ipſe nequeat, debere intereſſe ViceRectorem.

An. & quale Ius Rectoris abſentis mittendi ad Congreg. Prouincialem.

Sed, cùm huic Decreto interceſſiſſet R. P. Generalis, examinata

ite-

iterum fuit sequenti die quæstio, expensaque in primis verba illa formulæ §. 4. quibus constat ius illud ijs solùm, siue ViceRectoribus, seu VicePræpositis (eadem enim est ratio de vtrisque) competere, qui totum principalium Superiorum officio funguntur: Congregationi visum fuit eiusmodi ViceRectorem, quamdiu Rector viuit, nec est sua iurisdictione destitutus, non pleno Superioris principalis officio fungi; ac proinde posse tamdiu Rectorem ex suis subditis quemcumque idoneum voluerit ad Congregationem Prouincialem mittere, siue Rector intra Prouinciam sit, siue extra; modò facta ab eo designatio haberi tempore conuenienti possit.

Dec. XXXVI. M. S. Act. 33.

Administratio suorũ bonorũ prohibita.

ETsi ad remouendam à Nostris rerum temporalium administra-

ſtrationem nouo Decreto opus minime ſit, vt tamen omnes intelligant, quo ſtudio foueri apud nos paupertatis puritas debeat, confirmatum Congregatio voluit Decretum 17. Congreg. VII & Dec. 2. Congreg. X. ne cuiquam permittatur ſuorum bonorum adminiſtratio, vel liber vſus, eo etiam tempore, quo dominium illorum retinet; horumque Decretorum omnimodam executionem Patri Noſtro impensè commendauit.

Dec. XXXVII. M.S. Act. 34.

QVia verò conſequenter dubium fuit, ſtatuendum quid videretur circa penſiones pecuniarum annuas, quæ noſtris aliquando aſſignatæ ſunt, aut aſſignari poſſunt, tum ex parentum ſeu conſanguineorum deſtinatione, tum ex teſtamento per modum Legati, ſeu titulo eleemoſynæ, aut quas ſibi quis in

Annuæ penſiones applicandæ.

in bonorum ſuorum renunciatione, ante ſuum in Societatem ingreſſum facta, reſeruauerit, aut quacumque tandem alia ratione; ſic ſtatutum à Congregatione fuit.

I. Liberum huiuſmodi pecuniarum vſum nemini prorſus eſſe concedendum. II. Penſiones huiuſmodi eſſe, quoad eius fieri poterit, certo alicui Societatis domicilio applicandas, ad cuius Superiorem plena de pecunijs inde prouenientibus diſpoſitio pertineat. III. Denique, ſi hæc ex aliquo caſu fieri applicatio non poſſit, id certè fixum ſemper, ratumque, Debere ſummam integram pecuniarum illarum, ſiue penſionum venire in manus poteſtatemque Superioris vel Localis, vel Prouincialis pro arbitrio Generalis.

Legata cõ ſequentialia non acceptanda.

Dec. XXXVIII. M.S. Act. 34. & 35.

DVbitatum præterea, Noſtriſne liceat acceptare legata, quæ

quæ confidentialia vocant; cùm quis Teſtator decedens iubet certam alicui è Noſtris pecuniæ ſummam, aut rem à ſuis hæredibus dari, quam ille iuxta Teſtatoris mentem ſibi ſecretò communicatam impendat? Maior quidem pars cum Patribus deputatis iudicauit ſatis & paupertatis obſeruationi, & Societatis exiſtimationi conſultum videri, ſi ea tantùm legata confidentialia reſpuantur, ex quibus videatur vtilitas aliqua, aut in Societatem ipſam, aut in particulares perſonas redundare.

Sed cùm huic Decreto interceſſum fuiſſet; re diu, multumque agitatà, Congregatio omnibus interdictum voluit Legatorum huiuſmodi executionem acceptare; eaque planè ratione, qua Conſt. par. 6. cap. 3. §. 7. Teſtamentorum executio prohibetur.

Dec.

Compensatio pro ministerijs nullo modo licita.

Dec. XXXIX. M.S. Act.33. & 36.

FVit item à Congregatione postulatum, vt declararet, An accipere aliquid tamquam stipendium, vel eleemosynam in compensationem pro Missis, concionibus, alijsque id genus Societatis nostræ ministerijs, ita sit contra paupertatis nostræ Votum, vt non tantùm id re ipsa non liceat, sed neque ex vlla Superiorum licentia fieri licitum possit. Censuit Congregatio, ex Decreto 29. Congr. V. videri satis clarũ ex nulla Superiorum licentia id fieri licitum posse: Ne tamen in ea re vllus supersit dubitandi locus, declarat insuper nullius Superioris, ac ne Generalis quidem, posse super ea vel licentiam, vel dispensationem seu licitam, seu validam esse.

Concionatorũ eleemosynæ.

Dec. XL. M.S. Act.35.

QVoniam Concionatoribus nostris, extra Templa nostra con-

concionantibus, quemadmodum & alijs Religiosis, offerri interdum stipendium aliquod solet; ideo declarandum Congregatio iudicauit, qua ratione, hac in parte, gerere se Nostri debeant?

I. Ne quid oblatæ pecuniæ Concionator accipiat; sed si quis offerat, eum ad Collegij, vel Domus loci, vbi concionatus est, Superiorem remittat. II. Superior offerenti declaret, nihil præter id, quod ad Concionatoris sustentationem, & viaticum fuerit expensum, aut necessarium accipi à nobis posse, tamquam stipendium aut eleemosynam in compensationem pro ministerio; adeoque quidquid vltra reliquum fuerit, reddat. III. Si tamen vrgeat ille, velitque vltro & sponte, ac titulo puræ, & liberalis eleemosynæ dare, poterit in eo casu Superior in vtilitatem domus, seu Collegij, cui præest, accipere. Si verò Concionator alibi quàm vbi

Societatis domicilium eſt, concionatus fuerit. 1. Nihil pariter ſupra id, quod ad Suſtentationem & Viaticum expenſum, neceſſariumue fuerit, admittet. 2. Si tamen vrgeatur, nec illud etiam alio quouis modo vel nomine accipiet, quàm quo dictum iam fuit. 3. Quidquid illi reliquum vltra Suſtentationem, & Viaticum fuerit, id totum, cùm ad locum, vbi ex Superiorum mandato degere debet, venerit, loci illius Superiori, & in eiuſdem Domus vtilitatem tradet.

Dec. XLI. M. S. Act. 36.

Depoſità pecuniarum.

ETſi ex Præpoſitorum Generalium literis ſtatutum ſatis iam videtur, Noſtrorum neminem poſſe pecuniam habere depoſitam, vel apud alium, penes quem eius dominium remaneat, vel apud ſe, ita vt dominium ſpectet ad alium; ac ea tum deinde, obtenta Superio-

ris

ris facultate, vti: hancque facultatem nullam, ac irritam esse declarauit R.P.N.Vincentius Carafa, siue huiusmodi depositi conscius Superior fuerit, siue non: hoc tamen iterum ac magis præsenti Decreto Congregatio declarat, atque confirmat.

Dec. XLII. M.S.Act.36.37.

Penes quē esse deposita debeant.

VT prohibere vniuersim non expedit, ne quis vnquam possit cum Superioris facultate quidquam habere pecuniæ in honestos vsus destinatæ; ita id rarò tantùm, iustasque ob causas, iunioribus præsertim & coadiutoribus, permittendum Congregatio censuit. Si tamen concedendum aliquando visum fuerit, voluit insuper eadem Congregatio, vt in eo etiam casu Religiosæ disciplinæ magis consulatur, eiusmodi pecunias apud ipsum totius Domus

Superiorem deponi, à quo deinde id quiſque accipiet, quo ipſi vti neceſſarium fuerit cum eiuſdem, aut mediati Superioris facultate.

Huic Decreto quoad illam partem, in qua ſtatuitur debere eiuſmodi depoſita penes ipſum totius Domus Superiorem eſſe, interceſſum quidem fuit; ſed auditis, attentèque perſpectis rationibus, maiori parti placuit ſtandum planè Decreto.

Dec. XLIII. M.S. Act. 37.

Vita communis ſeruanda.

VT vita communis, quæ hactenus Dei beneficio in Societate ſemper floruit, incolumis etiam ac illibata conſeruetur inpoſterum: decreuit Congregatio, vt in his, quæ pertineut ad Victum, Veſtitum, cubiculique ſuppellectilem, & alia vitæ communi neceſſaria, Vniformitas tam Superiorum cum inferioribus, quàm inferiorum

in-

inter ſe omnino retineatur, eaque omnia teneantur Superiores inferioribus ſuis qua par eſt Charitate ſuppeditare. Ideoque etiam voluit, nulli licitum eſſe ea ſibi alià quacumque via quærere, aut per alios procurare; nec penes ipſos Superiores, ac etiam Prouinciales, vel quoſcumque alios eſſe hanc illis facultatem dare.

Dec.XLIV. M.S.Act.40.

SI cui de Congregatione, ſiue illa ſit Generalis, ſiue Prouincialis, ſiue ad eligendum Vicarium, darentur Epiſtolæ, quas cœcas vocant, ſine ſubſcriptione ac nomine, ad aliquem excludendum, aut includendum, has ille quamprimum ſupprimat, nec cuiquam manifeſtet, niſi fortè pro rerum ſcriptarum grauitate rem ad Vicarium, vel ad Præpoſitum Generalem, aut ad Prouincialem deferendam eſſe, Epiſtolæ cœcæ non communicandæ.

vel, sub sigillo Secreti, vni vel alteri ex Congregatis, consilij capiendi gratia, communicandam iudicaret; Visumque id fuit addendum formulis.

Dec.XLV. M.S. Act.41.

Ius Pœnitentiariorum ad Congregationem.

ROgata Congregatio, vt PP. Pœnitentiarij, qui vel hìc Romæ in Basilica Vaticana, vel in Sacra Aede Lauretana confessiones audiunt, possint à suis Prouincijs ad Congregationem Generalem eligi; hanc illis gratiam, habita ratione assidui ipsorum laboris, concedi voluit; vtque in Congregatione Romana vocem actiuam retineant.

Dec.XLVI. M.S. Act.42.

Missi ex Indijs Procuratores nouo muneri addicti.

DEclarauit Congregatio, si quis ad Congregationem Procuratorum ex Indijs in Europam venene-

nerit; ac tum deinde, finita Congregatione, in Europa ad aliquod aliud munus ſibi à Generali traditum ſubſtiterit; per illud nouum munus expirare illud aliud Procuratoris munus, quod à ſua Prouincia acceperat; adeoque nec in illo ampliùs ad Congregationem Generalem ius vllum eſſe.

Dec.XLVIII.M.S.Act.43.

DVbitatum fuit, An debeat nouus Præpoſitus Generalis de his, quæ ab obitu Deceſſoris ſui vſque ad ſuam Electionem per ambitum commiſſa ſunt, ac de quibus Formula §. 24, tanquam iudex cognoſcere? Congregationis pars maior cenſuit, ſi ex Iudicibus fuerit ante electionem ille idem, qui electus eſt Generalis, debere ipſum de iiſdem quoque cauſis cognoſcere: ſin minus, debere ſolùm præſidere, ac iudicium dirigere. Si au- **Generalis, An & quando Iudex ambitus.**

tem de ambitu in Assistentium electione agatur, illum haud dubiè judicem esse ex Form. §.82.

Dec. XLVIII. M.S. Act. 43.

De Electione Vicarij, moriente Generali post Congregationem.

SI Præpositum Generalem è viuis decedere contigerit, postquam ex Electoribus aliqui ex eo iam loco abierunt, in quo habita fuit Congregatio, nec ille moriens Vicarium Generalem nominauerit, nec possint illi intra breue tempus reuocari; Quæsitum est, An sit in eo casu Vicarius nouus eligendus, & An ab ijs, qui necdum post Congregationem dissolutam abierunt? Vnanimis omnium consensus fuit, nouam tunc Vicarij electionem esse faciendam, iuxta Form. Congreg. ad eligendum Vicarium Generalem; Neque eo nomine quod in Congregatione Generali fuerunt Electores qui adhuc supersunt, ius illis ad Vicarium eligendum superesse; sed
ad

ad hanc Electionem admittendos solùm esse iuxta professionis antiquitatem.

Dec.XLIX. M.S. Act.43.& 44.

VT quæ ex huius Congregationis Decreto 4. reiecta in alium locum quæstio fuerat, nunc tandem definiatur; Quæsitum fuit, cum ex Form. Congregat. Gener. §. 15. dicatur ante Electionem Generalis facienda deputatio ad detrimenta cognoscenda, ac tum deinde post Electionem §. 62. dicatur iterum, postquam electi fuerint quinque Deputati ad secernenda postulata, esse alios quinque eligendos, ac deputandos ad detrimenta pariter cognoscenda, An debeant hi postremi quinque Deputati ad detrimenta esse distincti ab ijs, qui ante Præpositi Generalis Electionem consti- **Valet ad detrimenta Deputatio.**

sti-

stituti pariter ad detrimenta iam fuerant?

Congregationis iudicium fuit, vnicam omnino eamdemque ad detrimenta Deputationem, tum ante, tum post Electionem sufficere; illosque eosdem, qui priùs de ijs vnà cum Vicario Generali cognouerant, posse post de ijs vnà cum Præposito Generali cognoscere; adeoque nec nouà, nec duplici Deputatione opus esse. Censuit insuper videri Formulæ congruum magis esse, vt quinque illi, qui ad detrimenta deputati sunt, ab alijs quinque, ad seligenda postulata deputatis, diuersi omnino sint.

Dec. L. M.S. Act. 44.

Visitator Congreg. Prouinciallem non ingreditur

DVbitatum quoque hìc fuit, Vtrum Congregationi Prouinciali, quando hæc, viuente Præpo-

posito Generali, cogitur ad eligendos eos, qui vnà cum Prouinciali ad Congregationem Generalem mittendi sunt, debeat illius eiusdem Prouinciæ Visitator interesse, quo tempore illi, visitatione nondum perfecta, in suam Prouinciam redire non licet? Maiori Congregationis parti visum est ex ipsa Congregationis Prouin: Form: §.4. per se satis constare, Ius illi tunc, cùm suo Visitatoris munere fungitur, ad Congregationem Prouincialem nullum esse.

Dec.LI. M.S. Act.44.

QVæsitum præterea, An, si iustam ob causam cogi Congregatio Prouincialis non potuerit, Ius nihilominus Prouincialis habeat veniendi ad Congregationem Generalem? Item si habeat, nec, ob impedimentum aliquod, ve- De Iure Prouincialis ad Côgreg. Gener. si non fiat Cong. Prouinc.

venire possit, an alium suo loco substituere possit, ac mittere? Censuit Congregatio illum ius habere veniendi, posseque iure suo vti, quandoquidem illud ex officio habet. Censuit insuper ac decreuit, posse illum, vbi impeditus fuerit, alium ex sua Prouincia idoneum, quemcumque voluerit, suo loco mittere; suis ad summum auditis consultoribus, si adsint, alijsque præsentibus, qui in Congregatione suffragij Ius haberent.

Dec. LII. M.S. Act. 44. & 45.

QVia item contingere potest, vt ipsa die indictæ Congregationis Prouincialis, etiamsi adsint duæ tertiæ partes Congregandorum, aliquot tamen adhuc absint legitimè impediti propediem adfuturi, aut aliqua iusta causa interueniat differendi ini-

initium Congregationis vltra indictam diem; Quæsitum est, An possit Prouincialis Congregationem in eo casu differre? Item, an possit iustam pariter ob causam locum Congregationi destinatum mutare? Responsum est, posse tunc, ac in vtroque casu Prouincialem ea de re, habita priùs consultatione cum ijs, ad quos ex ipsa Congregationis prouincialis Formula §. 10. pertinet, ad plura suffragia iudicare, atque decernere. **An possit Congreg. Prouincialis differri, & an trãsferri.**

Dec. LIII. M. S. Act. 45. & 46.

ROgata Congregatio, vt declararet, quænam sit facultas ViceProuincialium, VicePræpositorum, ac ViceRectorum, quando Prouinciales ipsi, alijque Superiores Romam, alioue abeunt, suntque aliquamdiu à suis Prouincijs, seu Collegijs, aut Domibus **Quæ sit facultas ViceProuincialium, VicePræp. & ViceRect.**

ab-

abſuturi? Declarauit, ſtatutumque voluit.

I. Prouinciales, Præpoſitos, atque Rectores, ſuam eandemque Iuriſdictionem, quam præſentes habent, etiam cùm abſentes ſunt, retinere; ac ita ab ijs ſemper eſſe dependentes, qui vices illorum gerunt.

II. Ipſorum quidem ViceProuincialium, VicePræpoſitorum, ac ViceRectorum officium eſſe Prouincias, & Domos ſibi commiſſas interim gubernare; ſic tamen, vt meminiſſe tunc etiam debeant, ſe nec Prouinciales, nec Præpoſitos eſſe, aut Rectores, ſed illorum tantùm vicem gerere, eumque in illis gubernandis tenere modum, quem illi tenuerunt, & ab ijs acceperunt.

III. Nihil proinde debere ipſos in ratione gubernandi vel innouare, vel immutare, vel nouam ali-

aliquam consuetudinem inducere, aut inductam tollere; sed ad illorum spiritum, & sensum se componere, quorum vices gerunt, eosque quasi præsentes, illorumque gubernationem repræsentare; ac si quid alicuius momenti se offerat, illud, quoad fieri poterit, vsque ad illorum reditum differre; si res vrgeat, illos, si possint, per literas monere, consulere, ac responsum expectare. Si verò nec moneri, nec consuli possint; nihil, nisi priùs auditis consultoribus, suscipere, aut exequi; ac, vbi primùm redierint, illis quidquid factum fuerit referre, factique rationem reddere.

Dec.LIV. M.S. Act.47.

Electio Vicarij, si extra Romam obierit Generalis.

FVit hìc instituta Quæstio, vbinam, si Præpositum Generalem, nullo Vicario nominato, extra

tra Romam (siue in Agro, Prouin-
ciaque Romana, siue in alia) mo-
ri contigerit, facienda sit in illo
casu Vicarij Generalis electio? &
an huic electioni interesse Assisten-
tes debeant?

Re bene examinata: visum
ferè omnibus fuit, si suam sedem
Romæ habuerit Præpositus Gene-
ralis, quocumque tandem intra
Prouinciam Romanam loco obie-
rit, Romæ celebrandam esse Vi-
carij electionem: sin autem extra
Prouinciam Romanam decesserit,
seruandam esse Formulam Congr.
ad Vicarium eligendum §. 3. Quod
verò ad Assistentes spectat, stan-
dum esse Decreto 34. Congreg. IX.
vbi declaratur Ius illis compe-
tere, si præsentes fuerint, se-
clusa etiam Professionis antiqui-
tate: Non videri autem ipsos
præsentes esse, si, cùm extra
Prouinciam Romanam obierit
Ge-

Generalis, ipsi Romæ tunc fuerint.

Dec. LV. M.S. Act.48.

QVoniam Congregatio VIII. Dec. 28. declarauit Assistentium esse iudicare, quandonam sit substituendus Vicarius Generali adhuc viuenti, sed ad Societatis gubernationem inutili; dubitatum fuit, An in hoc iudicio consentire Assistentes prorsus omnes debeant? Censuerunt plusquam duæ tertiæ partes, satis esse, si pars illorum maior iudicauerit. Sed cùm præterea quæreretur, ad quem tunc temporis spectaret Congregationem cogere ad Vicarium eligendum? Responsum fuit, non esse tunc recedendum à Formula Congregationis ad eligendum Vicarium §.2. & 3.

Quot Assistentes iudicent de Vicario eligendo.

Dec. LVI. M. S. Act. 15. 16. 22. 9. 30. 31. 49.

De Instituti Epitome.

VAriarum Prouinciarum postulata hæc fuere.

I. Vt Ius Societatis in Epitomen redigatur; eiusque variæ, ac dispersæ leges ad faciliorem earumdem notitiam, & praxim, in vnum, eo quo par fuerit ordine, colligantur.

Nouæ quorundam Regulæ.

II. Vt Procuratorum tum Assistentiarum, tum Prouinciarum; Superiorum item Residentiarum, Instructoris Patrum Tertij anni Probationis, Socij Prouincialis, & Socij Magistri Nouitiorum conficiantur Regulæ.

Quæstionum in Philos. & Theol. nouus index

III. Vt quæstionum, tum tradendarum tum omittendarum in Theologia & Philosophia, nouus, & accuratior index fiat.

Missa ad intentionē Vic. Gen.

IV. Vt cùm ex Decr. 8. Congreg. X. debeat mortuo Generali,

li Sacrum, quod ad illius intentionem fiebat, fieri ad intentionem Vicarij Generalis, hæc in Catalogo Missarum ad §. 20. verba addantur, *vel Vicarij Generalis*.

V. Vt quo die defuncto Generali solemnes exequiæ fiunt, quemadmodum indicitur singulis Sacerdotibus Sacrum pro illo faciendum, indicatur & alijs, qui Sacerdotes non sunt, corona recitanda. **Corona in exequijs Generalis recitanda.**

VI. Vt cùm noua fiet impressio Formularum addatur §. 3. informationis de promouendis ad gradum id, quod addi voluerat R. P. N. Oliua *Profecit*, vel *non profecit in virtutibus quantum requirit Decretum 6. Congreg. IX.* **Addendū informationi ad gradum.**

VII. Vt inposterum, cùm post obitum Generalis, sub Vicario Generali Professio, siue Vota ad gradum emittentur, hæc Formulæ verba sint; vt nempe, **Formulæ Professionis tempore Vicarij.**

si Vicarius ipse Generalis Professionem, seu Vota excipiat; dicatur, *& Tibi R. Patri* (N.) *Vicario Generali Societatis Iesu, locum Dei tenenti, & successoribus tuis*: si verò aliquis alius excipiat, dicatur *& Tibi R. P.* (N.) *Rectori*, si Rector est, vel *Præposito*, *vel Prouinciali*, & sic de alijs. *Vice R. Patris Vicarij Generalis Societatis Iesu, & successorum eius, locum Dei tenenti*.

Addenda ad Formulas Congregationis.

VIII. Vt quod §. 45. Formulæ Congregationis Prouincialis additum fuit, Decernendum esse singillatim de singulis reiectis, vtrum de illis agendum sit, necne? addatur pariter §. 64. Formulæ Congreg. Generalis. Ac præterea maioris claritatis causa, addantur vtrobique illis verbis hæc alia, itaut non proponatur in genere; An sit agendum de reiectis; sed vbi expositum fuerit vnum reiectum, decernatur, An de illo agen-

agendum sit, tum de alio, & sic de cæteris. Ad illa iterum verba §.48. Formulæ Congregationis Prouincialis. *Meminerint omnes nihil de illis proponi posse Congregationi, quod non sit prius approbatum à Deputatis,* addantur & ista, *Nisi prout de Reiectis §.45. dictum est.* His planè omnibus annuendum Congregatio censuit; eaque Patri Nostro curanda commendauit.

Dec. LVII. M.S. Act. 49.

QVæsitum denique à R. P. Generali, An Congregationi placeret Formulas à Patribus Deputatis recognitas, & approbatas confirmare, easque ad vsum Congregationum Typis mandari, cum illis additionibus, iam tum à P.N. Oliua, atque à PP. Assistentibus approbatis, vnà cum ijs, quas faciendas præsens Congregatio decreuit? Vna vox omnium fuit *placere*. Formularum approbatio.

Ac

Ac tum demum, habita graui, & solida à P. Nostro hortatione, qualem initio Congregationis habuerat, actisque pro more Deo gratijs, finita est, inter mutuos Charitatis amplexus, & officia, sub Societatis Iesu Præposito Generali duodecimo, eiusdem Societatis Congregatio Generalis duodecima, die 6. Septembris 1682: Omnesque tum deinde salui, & incolumes Roma, vt venerant, discessere.

LAVS DEO.

ROMÆ, Typis Varesij. MDCLXXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

INDEX EORVM

Quæ in Decretis Congregationis Duodecimæ Generalis continentur.

A

Administratio bonorum suorum prohibita. Dec. 36. pag: 44.

Admonitor electus. D. 6. p. 8.

Aetas requisita ad gradum Coadiutorum spiritualium. D. 14. p. 17.

Assistentiæ nomine quid intelligatur. D. 5. p. 7.

Assistentes in Congregatione Generali XII. electi. D. 6. p. 8.

Assistentium prouidentia circa Præpositum Generalem. D. 7. p. 9.

Assistentes Ius habent ad electionem Vicarij, si fuerint præsentes vbi moritur Præpositus Generalis. D. 54. p. 64. Quando censendi sint præsentes? ibid. Quot iudicent de Vicario eligendo, viuente Præposito Generali. D. 55. p. 65.

C

Casibus reseruatis, absente Rectore, vel Præposito, quis possit absoluere? D. 17. p. 19. Quis in Residentijs, & Missionibus fixis?

a

fixis? ibid. p. 20.
Catalogo Missarum addendum de Sacro ad intentionẽ Vicarij Generalis. D.56.p.67.
Compensatio pro Ministerijs nec licita, nec valida. D.39.p.48.
Concionatores. Vide. V. Eleemosynæ.
Confessarij pro Votorum renouatione assignati, quanto tempore, & quorum confessiones audire possint? D.16. p. 18.
Congregationis Generalis XII. occasio. p.1.
Congregationis nouennalis abrogatio an petenda. D.1. p.2. Petenda. D.2.p.3.
Congregationis Generalis, & Prouincialis formula. Vide. V. formula.
Consultores tum locales, tum Prouinciales tenentur monere Superiores mediatos, si quis alios calamo, vel lingua offenderit; & an, & qualis pœnitentia iniuncta illi fuerit? D.19. p.22.
Corona à non Sacerdotibus recitanda in exequijs Præpositi Generalis. D.56.p.67.

D

DElatores falsi puniendi. D.18.p.21.
Deposita pecuniarum, nec apud alium penès quem eorum dominium remaneat, nec apud se seruanda. D. 41. p. 50. debent esse apud Superiorem totius domus. D. 42. p. 51.
Deputati ad detrimenta, & ad postulata electi in Congregatione Gene-

ne-

nerali XII. D. 4. p. 6.

Deputati ad detrimenta diuersi sint à Deputatis ad seligenda Postulata. D.49. p.58.

Deputatorum electio ad detrimenta vna eademque est ante, & post electionem Præpositi Generalis. D.49. p. 57.

Dimissio importunè petita, quomodo concedenda? D.12. p. 15.

Doctrina requisita ad professionem quatuor Votorum. D.22. p.25. 26. Vide Ius Canonicum.

E

ELectio. Vide. V. Admonitor. Assistentes. Deputati. Inclusor. Orator. Secretarius. Vicarius Generalis. Præpositus Generalis.

Eleemosyna Concionatoribus oblatæ, quæ accipiendæ? D.40. p.48. & seqq.

Epistolæ coecæ non communicandæ. D. 44. p.53. Quibus, & quo casu communicari possint? ibid.

Epitome. Vide. V. Institutum.

Examen secundum ad Professionem quatuor Votorum raro concedendum, & quibus in casibus. D. 22. p.28. Tertium non concedendum. ibid.

Examinatores ad Professionem Iuramentum & quale tenentur emittere. D.22. p.26. Iurare debent de talentis. D.24. p.30. Quomodo iudicium ferre debeant in alijs

examinibus Theologorum, & Philosophorum. D.22. p.29. Vide, V. formula.

F

Formula iuramenti Examinatorum ad professionem. D. 22. p. 26.

Formula Professionis etc. tempore Vicarij Generalis. D.56.p.67.

Formulis Congregationũ Generalis, & Prouincialis quid sit addendum? D. 56.p.68. & seq. & D.44.p.54.

Formularum approbatio. D.57.p.69.

G

Generalis. V. Praepositus Generalis.

Graduum promotionibus constituti dies. D. 9. p. 12. Non sunt conditio necessaria ad valorem Professionis. ib. p.13. Alio etiam, & quo tẽpore possit quis promoueri cum facultate Prouincialis? ib. Vide Vicarius Generalis. Aetas. Informatio.

I

Inclusoris electio. D.4. p. 6.

Index nouus opinionum Philosophicarum, & Theologicarum conficiendus. D.56.p.66.

Informationibus ad Gradum addatur iudiciũ, & quale de profectu in virtutibus. D.56. p. 66.

Instituti Epitome conficiatur. D.56. p.66.

Iuramentum. Vide. V. Examinatores. For-

mu-

mula.
Iuris canonici doctrina quanta requiratur ad professionem quatuor Votorum. D.23.p.29.

L

L*Egata confidentialia non acceptanda.* D.38.p.46.

M

M*Agistri peculiares non concedendi Collegijs Conuictorum* D.25.p.32. *Si possit reuocentur, qui sunt concessi.ib.p.33.*
Ministeria.Vide.V.Compensatio.
Missæ ad intentionem Præpositi Generalis celebratæ quibus vsibus applicari ab ipso nequeant. D.8.p.11, & seq.
Missiones fundatæ ab Episcopo Principe Monasteriensi, & Paderbonensi. D.27.p.35.

N

N*Ouitij admissi ante legitimam ætatem, quãdo cẽsendi admissi?* D.13.p.16. *item ad Vota simplicia?* ibid.

O

O*Ffendentes calamo, vel lingua puniendi.* D.19.p.21. *debitam satisfactionem læsis quamprimum exhibeant.ibid.p.22.*
Opinionum Index. Vide. V. Index.
Opinionum laxitas punienda. D.28.p.36.
Oratoris electio. D.4.p.6.

P

PEnsiones annuæ applicandæ. D. 37. p. 45. Nulli earum vsus est liber. ibid. p. 46. venire debent in manus Superioris localis, vel Prouincialis. ibid.

Pœnitentiarij S. Petri, & Aedis Lauretanæ, ius habent ad Congregationem Prouincialem in Prouincia Romana. D. 45. p. 54. Possunt eligi à suis Prouincijs ad Congregationem Generalem. ibid.

Postulata reiecta singillatim proponenda in Congregatione tum Generali, tum Prouinciali, vt decernatur vtrum de ijs agendum nec ne? D. 56. p. 68.

Præpositi Generalis electio. D. 3. p. 5.

Præpositus Generalis an, & quando sit iudex ambitus? D. 47. p. 55. Superiores locales, qui sui regiminis tempus absoluerunt, mutare potest; post indictam Congregationem Generalem, etiam ante Congregationem Prouincialem. D. 31. p. 40. Prouinciales verò post decretam in Congregatione Procuratorum, non verò post indictam Congregationem Generalem, nisi in casibus, in quibus potest Vicarius. D. 32. p. 41.

Præpositus. Vide. V. Superiores locales. Rectores.

V. Præpositi quam facultatem habeant? D. 53. p. 61.

Procurator Generalis Professus per dispensationem. D. 29. p. 37.

V. Procurator Generalis

ad-

admissus ad negotia ante electionem Generalis. D.1.p.3.
Procuratori Quebecensi Parisijs degenti conceditur ius ad Congregationem in Prouincia Franciæ. D.21.p.24.
Procuratores missi ex Indijs, cùm nouo munere addicuntur, cessant esse Procuratores, nec ius habent amplius ad Congregrtionem Generalem. D.46.p.54.
Professus. V. Procurator Generalis.
Professi extra Europam degentes in Collegijs spectantibus ad Prouinciam aliquam Europæ non habent ius ad Cōgregationem suæ Prouinciæ. D.21.p.24.
ad Professionem non expectandi absentes. D. 11.p.14.
Professi tardius promoti non restituendi in locum suæ antiquitatis. D.11.p.15.
Prouinciales habent ius ad Congregationem Generalem, ac alium suo loco substituere possunt, etsi Congregatio Prouincialis cogi non potuerit. D.51. p.59. Quando, & qua ratione possint differre tempus, vel mutare locum Congregationi Prouinciali destinatū? D. 52. p. 60. Mutari possunt à Generali post decretam in Congregatione Procuratorum, non verò post indictā Congregationem Generalem nisi in aliquibus casibus. D. 32. p.41. Post in dictam Congregationem Generalem, eorum mutatio quandonam legitima sit? D.33 p.42.

Non possunt dare facultatem Subditis, vt sibi priuatim procurent quæ ad victum, vestitum, & cubiculi suppellectilem pertinent. D.43.p.53. Vide. V. Superiores.

V. Prouincialis facultas quæ? D.53.p.61.

Prouincijs extra Europam tribuitur ius mittendi Romam Substitutum vnum cum Procuratore. D.20.p.23.

Q

QVebecensis Procurator. Vide. V. Procurator.

R

REctores. Vide. V. Superiores.

Rectores, & Præpositi absentes quale ius habeant mittendi) ad Congregationem Prouincialem. D.35.p.43.

Rectores Collegiorum extra Europam spectantium ad Prouinciam aliquam Europæ non habent Ius ad Congregationem suæ Prouinciæ. D.21.p.24.

V. Rectores quam facultatem habeant? D.53. p.61. & seqq.

Regulæ quorundam condendæ. D.56.p.66.

S

SAcrum. Vide. V. Catalogus Missarum.

Secretarius electus ante, & post electionem Generalis. D.1.p.2. D.4. p.6.

Secretum, quo Superiores tenentur circa audita à conscientiæ rationem reddentibus. D.15.

D. 15. p. 18.
Seminaria Clericorum in Gallia admittenda, & qua ratione. D. 26. p. 33.
Socius Prouincialis vi muneris non admittendus in Congregatione Prouinciali. D. 34. p. 42.
Substitutis Procuratorum Prouinciarum extra Europam ius tribuitur ad Congregationē Generalem. D. 20. p. 23. etiam ad electionem. ibid. Ad Congregationem Procuratorum non habent Ius, Procuratore suo præsente. ibid. p. 24.
Substitutus Procuratoris Prouinciæ Mexicanæ admissus ad negotia post electionem. D. 20. p. 23.
Superiores nominati à Generali defuncto, an & quando renunciandi? D. 30. p. 38. & seqq.
Superiores inquirant in eos, qui calamo, vel lingua alios offendunt, & puniant. D. 19. p. 22.
Superiores locales facultatem dare non possunt Subditis, vt sibi priuatim procurent, quæ ad victum, vestitum, & cubiculi supellectilem pertinent. D. 43. p. 53. Post absolutum sui regiminis tempus mutari possunt à Generali tum post Decretam tum post indictam Congregationem Generalem. D. 31 p. 40. etiam ante Congregationem Prouincialem. ibid. p. 41.

Vi-

INDEX.

V

VIcarius Generalis potest conferre Gradus. D.10.p.13. Eligendus Romæ si Generalis moriatur intra Prouinciam Romanā. D.54. p. 63. Si verò Generalis moriatur extra Prouinciam Romanam, in Vicario eligendo seruetur formula. ibid. p.64. A quibus eligendus moriente Generali post Congregationem? D. 48. p.56.

Visitator viuente Generali non ingreditur Congregationem Prouincialem, quæ fit in ordine ad Congregationem Generalem. D.50.p.58.

Vita communis seruanda. D.43.p.52.

F I N I S.

	Errata	Corrige
Pag.6.v.7.	Deſchamps	De Champs
10.v.16.	executionis	executioni
12.v.18.	aur	aut
19.	alijs	alij
14.Marg.	Profeſſionem	Profeſſionem
24.v.20.	quemque	quemquam
32.v.13.	Eiuſmodl	Eiu ſmodi